1515. d. 24. Maij —

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Joanni Bohdano Vaivodæ Valachiæ

64

Mfce Domine, amice, sincere nobis dilecte —

Pergrato animo accepimus Literas Mgfciæ vestræ, quibus nobis pro suo in nos, constanti et optimo animo, et infortunium Imperatoris Thurcarum, remque per eum male gestã, et obitum Mendbigeri, Cesaris Precopiensis significavit. Quod officium, adeo jucundã, et benivolã mente à nobis acceptum non ignoravit, ut per præsentes non mediocres gratias agendas duxerimus, Vestræ Mgfciæ, Quam rogamus, ne ad nos sedulò perscribere gravetur, quando novi quippiam undecunque, præsertim autem de motibus Tartarorum persenserit, quod erit nobis semper acceptum, idque Regiã nostrã amicitiã, referre curabimus Vestræ Mgfcentiæ Quam bene et feliciter, multos in annos valere Cupimus — Dat. Posonij. Die Vigesima Quarta mensis Maij. — Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Quinto —

DD